

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

4. Secundus fons Inventionis. Apologi & Parabolæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*Sen. contr.  
Li.*

*Quomodo  
ornanda  
historia.*

reges, bellicosissimas nationes in ditione hu-  
ius Imperij redegerunt. (Itē) Quis fuit Marius,  
si illum in suis inspexerimus maroribus humi-  
lis. In tot consulatibus nihil habet clarior quā  
se auctores. Pompeium, si hæreditariæ extu-  
lissent imagines, nemo magnum duxisset, &c.

Quartum, ornanda figuris sententia, & va-  
rianda qua narrantur: si quid graue est & ad  
vtilitatem spectans, hoc cum sustentatione ef-  
ferendum.

### DEMOSTHENES.

*Philipp. 2.  
Demosth. in Χριματα της οντωτης εργασιας:  
regraei  
narranda  
juslentatio,  
& appara-  
tus.*

Εγώ δηλώσω, οὐ λόγος έμαιντο λέγων, ἀλλὰ  
Demosth. in Χριματα της οντωτης εργασιας: εἰς σύλλογον χαλκὸν γραφαντες,  
εκεῖνοι χριματεύοντες εἰς σύλλογον χαλκὸν γραφαντες,  
narranda εἰς ἀχρόκολον, οὐχ ἵνα αὐτοίς ή ξινόσημα (χρυσό-  
άνθη τούτων της χριματας τα δοντα τρόπο-  
νων) ἄλλα ήνα δημητρίους χριματα χριμα-  
ταδεινα τα οὐτε τούτων απόδειξην προσθήσει.  
τι οὐκ λέγει τα γραφαντα;

Ego declarabo, non mea verba preferendo, sed  
scriptum maiorum nostrorum ostendendo, quod illi  
in arcem columnam incisum in arce collocarunt: nō  
ut ipsis usui esset; (nam sine illo scripte sat erant  
prudentes;) sed ut vos monumenta & exempla ha-  
beretis, quantares huiusmodi sollitudo sine sunt cu-  
randa. Quid igitur dicunt literæ?

Poit hunc apparatum narrat historiam,  
narratam expendit per Αὐγήν. Hic modus op-  
timum est, & ad inculcandum aptissimum, sed  
in re graui duntaxat usurpandus. Familiare est  
in istis epiphonema, & in comparandis narra-  
tionibus antithesis.

### Secundus fons Inventionis, Apologi, & Parabola

#### CAPUT IV.

*Poeta orato-  
ribus uisus.*

Poetatum est ad variam eruditionem lectio  
perutilis, è quibus & decor in personis, &  
spiritu in verbis, & in affectibus magna per-  
motions hauriuntur.

Nunquam Cicero ad eam dicendi gloriam  
effloruisset, nisi à puer poeterum lectioni ad-  
dictus fuisset: Vel maximè Græci quotquot  
fuerunt oratores, ex Homero hauserunt plu-  
rimum, apud quem tanto artificio plerumque  
orationes sunt expressæ, ut non nasci videatur  
in Homero Græcorum eloquentia, sed iam

perfectionis culmen attigisse.

Verum istis omisis que plurimū habent  
ponderis, fabulæ ipsæ ex poëtis ab oratoribus  
assumentur nonnunquam, & varijs sensibus  
accommodatae, multum affundunt suavitatis.  
Quanquam in prophanis orationibus hæli-  
berius, in sacris nunquam, in grauioribus con-  
cionibus raro admiscebit velim.

Plus habent festivitatis, & grauiores etiam  
personas apud populum orantes magis decent  
fabulæ, quæ vocantur Aësopicæ. Ducere ani-  
mos solent (inquit Fabrus) præcipue rusticoru-  
& imperitorum, qui & simplicius, qua facta  
sunt, audiunt, & capti voluptate, facile ijs qui-  
bus delectantur, contentiunt. Itaque non im-  
merito apud Philostratum, ποιῶσιν εἰ μὲν οἱ Philostr. in  
πατα τὸ Αἴτων, ἀγαπᾶτες αὐτὸν οὐλαν  
βημελεῖται.

Video graues viros his narratiunculis dele-  
ctatos, blandè permouisse. Plato fabulos est  
supra modum. Demosthenes alioqui rigidus  
& austerus eas oportune adhibuit: Tertius est fabula vñ.  
illa, quam, cum ab Athenientibus oscitantibus  
audiretur, magna festivitate narravit. Atheni-  
enses, (inquit,) sub æstatis tempus adolescens  
aenium Atheniæ Megaram conduxerat, cumq;  
flagante iam meridiæ calor cœpisset esse ve-  
hementior, sub asini ventrem se coniecit, vt  
vmbram caparet: At vero asinarius seri ho-  
minem proturbare, asserens se asinum, nō vñ-  
bram asini locasse: Hinc rixæ, & lites. Diogenia-  
nus hoc habet in proœriebio, διονοσία, διονο-  
σοι τριῶν τοῦτον εὐχοτοῖ: Demosthenis  
tamen nusquam meminit, sed Plutarchus eidē  
expressis verbis tribuit Menenius Agrippa,  
per apogenum Corporis humani, plebem Ro-  
manam, quæ in Aventinum montem secesser-  
at, ad Patrum auctoritatem concordiamque  
reuocauit. Sed & autores faci huiusmodi  
fabulis plerumque, cum maxima suavitate vñ-  
sunt. D. Gregorius Nazianzenus Celosium  
præsidem fabella de cygnis & hirundinibus  
composita oblectauit, & ad vanæ gloriæ fugi-  
erudit.

( Hirundines quondam cygnos cauillis in-  
cessabant, propteræ quod nec cū hominibus  
consuetudinem habere, nec canendi artem in  
publicum proferre vellent, sed circa prata so-  
lum, & flumina canerent, ac solitudinem  
amplectentes, perinde atque eos Mu-  
sicæ suppuderet. At nostra (inquietabant) sunt  
vibes, nostri homines & thalami, atque  
apud

*Authores  
sacri.  
Greg. Na-  
zianz. ad  
Celosium  
præsidem.*

apud homines garrimus, resque nostras illic exponimus. Nimirum vetere illa, & Attica, Pandionem, Athenas, Tereum, Thraciam. At cygni, qui carum garulitatem excolam habent, vix quidem illas sermone dignas duxerunt: sed tandem, o puerorum, inquit, causa nostra in solitudinem liberas le quispiam contulerit, ut Musican audiat, cum zephyro pennas nostras inflatas permittimus, ut suave quidpiam, & concinuum insipiat: Quare, si non multum, nec apud multos canimus, at illud certe in nobis pulcherrimum est, quod modum in canendo tenemus, nec musicam tumultibus permiscemus: Vos autem & in aliis admiratis homines fastidius, & canentes auersatur, idque; optimo iure, quippe, que, nec incisa quidem lingua sile positis; veum ipsum exactionem linguam, & calamitatem vestram lugentes, quouis alia que loquaciores sumus.

Hæc magna suauitate pro viri eloquentia. Profaram illud exemplum, sed stylo ampliori. Germon Cancellarius Parisiensis, vir in Theologicis literis egregie doctus, videtur hoc dicendi genere delectatus: Nam in commentariis ad Magnificat, fabulam de cato, & vulpe iucundissime narrat, & ibidem Argumentum de vulpe, palumbis, & passere sic exequitur.

*Gerson*  
144  
*trahit.*  
*superiorum*  
*glossarum*

(Nidificabant palumbi syluarum in arborum proceritate, more suo, circumibat vulpes ad radices, & communias alcensuram, se nidos omnes cum fœtibus direpturam, nisi sibi pullus proiuceretur virus. Trepidantes palumbi agebat, quod perebat, & abibat; reuertebatur ad simile, quoq[ue] te passet dato palubis cœfilio, continere se nido suis, vulpes a fraude sua fraudata est, sed in passere vertit insidias, non viribus, sed adulatio-

Erat in dumo passer, vulpes affuit beatificis auriculas, quod volatu suo se protegerent a levibus, & laqueis tertis: sed hoc non deest, inquit, qua ratione contra ventorum turbulencias, & frigora se protegant. Voluti passer gloriantur, & cōcionant cum garrulo, refodit, se protectionem habere, dum flabat boreas a finistris, mergebat enim caput sub plumis ad dexteram, & e contra a dextris, fingens vulpes se non satis audire, propter distiaria, protrahebat alloquium. Dislapsum est passer ad ramos proximiores terret. Queluit vulpes, dum ventus fraret ab anteriori, quid agebat? sic, ait, dimittit caput ad pectoris plu-

mas. Exiliit vulpes in non videnter, & deceptam blanditijs, vorax sapuit. Affabulatio est.

Damus aliquando talc aliquod salubre consilium, quod dum præterimus decipimur.)

Quid hæc implicate candidius, aut festiuitate amensus?

Observandum autem erit in his apologetis, ne nimis sint crebri, ne dictione nimis facta, & que ad securitatem accedat, perterritur: denique, ut personam, ut locum, ut rem decent. Multa in hac re, à grauibus viris, prudentia fide temperata placuerunt, que si adolescentibus dicerentur, in opinionem incurrerent securitatis.

*Apologiae*  
sæc. & græ.  
virtute a. 150.  
benignitas  
animi omnes  
decent.

### Tertius fons invenientis, Adagia.

#### C A P V T V.

**A**d parabolam accedunt Adagia, & plerumque cum ijs coniunduntur, in coquæ maxime consentiunt, quod rerum exprimant similiudines, unde parsimnia dicitur *μεταφορά*, *τηλεοπτική*, *τηλεοπτική καλλιτεχνία*, *τηλεοπτική μεταφορά*, *τηλεοπτική μεταφορά*. Verbum vulgare, & multorum usus titum, quod à paucis, ad plurima similia trânsferri commodè queat. Verum, *μητρια γένεσις* non est una omnium adagiorum ratio, nam *τηλεοπτική* alia verè popularia sunt, & cuique vel imperio obiciuntur, quæ Græci *τηλεοπτική* appellant, alia sacra *τηλεοπτική* nominantur, quæ à vulgi sensu remota, reconditam magis doctrinam ex variâ historiæ eruditione sunt complexa. De quibus mihi videtur loquutus *Sophistus*, cum ea veteris philosophiæ reliquias appellat.

*Η παρούσια, inquit, Σοφ. ποὺς δὲ οὐχὶ σε φόρον περὶ τὸν Αριστοτῆλης φύσιν, ὅτι παλαιότερον φιλοσοφίας εἰς τοῖς μογίσιν αὐθεντικῶν φύσεων αποδούσιν τυγχανεῖσιντα περιστερα διὰ σωτηρίας, οὐδὲ ποτέ παρείηται τὸ ζεῦστον, οὐδὲ (τοῦ τατῆλου) τὴν ἀρχὴν βόστον θεοῦ λέπταντα εἰπεῖν πάντοιον γέροντα πάλαι δε ταχεῖαν τοσούσιον τετραποτον.*

Sapiens præverbium. Quidni enim sepius sit cum præverbia dicat Aristoteles esse veteres Philosophie inter maximas luminum vias in tercentiis, quædam reliquias, ut breviter, im dexteritatem, firmatas? Præverbium igitur hoc

T. 68